

es corrigitar potest
fallor lector
mus flagra pati
ref qd longa beari.

sumus. cito uitia sentimus. Sed nemo dicit figulo.
quid me fecisti sic. Nam & si uile uas nostrum. aliud
tamen in honore. aliud ^{noli te} in contumelia est. Noli ergo
aperire lacum tuum. Noli se dari uitis atq; criminib.
nequis dicat. lacum aperuit & effodit eum. Incidit
in foueam quam operatus est. Si h̄m queris. contritos
lacus desere. Xps enim non ad lacum. sed apud puteum
sedere consuevit. Ibi eum samaritana illa que credidit.
illa que aquam haurire cupiebat. Inuenit. Quam
uis mane venire debueris. tamen & iam si serius uene-
ris. & iam sexta hora. ih̄m fatigatum extanere inue-
nes. Fatigatus est. sed in te quia tediū que siuit.
Tua illum tam diu incredulitas fatigauit. Non offen-
ditur tamen si modo uenias. p̄t bibere. daturus.
Bibit autē non aquam p̄ter meatus riuuli. sed salutē
tuam bibit. Affectum tuum bibit. calicem. hoc est
passionem illam tuorum criminum redemptricem.
ut uisum istius mundi. sacro potus cruore refingas.
Sic abraham d̄m postea quam ^{purior} fodit emeruit. sic isaac
dum ad puteum deambulat. uenientem illam in typo
ecclesie. accepit uxorem. Fidelis ad puteum. Infidelis